


## **Dissertatio Academica, De Serpentibus Urentibus**

Marburgi Cattorum: Typis Philippi Casimiri Mulleri, [1740]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892974303>

Druck Freier  Zugang





ca.

106

A. B.

48. 6. 8.

Fa-1092 (10.)

21.

5.


7.

9.

14.

11.

12.



21.

2


1

7

14.

1.

12



21.

5.

7.

9.

14.

11.

12.

CHRISTIANO BENEDICTO  
MICHAELIS

IOANNES HENRICVS LEIDENFROST



DISSERTATIO ACADEMICA,  
DE  
SERPENTIBUS  
URENTIBUS,

QUAM,

AUSPICIIS

SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,

DN. FRIDERICI,

HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.

ACADEMIÆ MARBURGENSIS RECTORIS  
MAGNIFICENTISSIMI,

PRÆSIDE

J. TILEMANN dicto SCHENCK,

DR. ET PROFESS. PHILOS. PRACT. ORDIN.

IN AUDITORIO PHILOS.

DIE XVII. FEBR. AN. MDCCXL.

PUBLICÆ DEFENDET

GEORG. CHRIST. CLAUSENIUS,

ALLENDORF. AD SALINAS HASSVS.

---

MARBURGI CATTORUM,

TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO ACADEMICA  
DE  
SERPENTIBUS  
URENTIBUS


QUAM  
AUCTORIS  
SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS  
NO. DOMINI.

DN. FRIEDERICI  
HASSII LANDGRAVII, RECTORIS  
ACADEMIE MARBURGENSIS RECTORIS  
MAGNIFICENTISSIMAE

PASSIVAE  
J. TILLEMANNI SCHOENCKII  
DR. ET PROFESSORIS PRAECEPTORIS  
IN ACADEMIA MARBURGENSI  
THE XVII THER. AN MDCCXII  
PUBLICE DEFENDET

GEORG. CHRIST. CLAUERNIUS  
ALLENBORG AD SALTINAE HASSIAE

MARBURGI CITTORUM  
THEOPHIL. CASIMIR. MULLER, Acad. Typogr.



DISSERTATIONIS ACADEMICÆ  
DE  
SERPENTIBVS VRENTIBVS

§. I.



Vanto odio Supremum Numen, rebellio-  
nem & murmuraciones aduersus se vel  
suos Prophetas & Ministros effusas pro-  
secutum sit, hujus rei præclarum exem-  
plum NVMER. XXI. 6. exstat. Cum e-  
nim Israelitæ ab Idumæis transitum per  
mediam suam terram oblatis aquissimis  
conditionibus peterent NVMER. XX. 14. 21. JVDIC. XI. 17.  
Quos sperabant fore belli aduersus vicinos gerendi socios &  
adutores in novis parandis sedibus, aut si hoc gravarentur  
neutris tamen se adjuncturos partibus. Utriusque enim  
gentis primi conditores, tum Hebraicæ tum Idumææ, una ma-  
tre unoque partu editi fuerant. PHILO JVD. in Vita Mos. L.  
I. p. m. 639. accepta repulsa tractum Moserah ingressi ad  
montem Hor pervenerunt, cujus in summitate defunctum  
Aronem ingenti luctu prosecuti sunt NVMER. XX. 29. in his  
locis Harad Chananæorum Rex, Israelitas aggressus, multos  
eorum secum captivos deduxit, verum iterato prælio Cha-  
nanæus



nanaus superatus atque devictus, ejusque civitates ab Israelitis occupatae conf. Jos. 12. 19. incolis ad unum omnibus trucidatis, solo aequatae sunt. Post hanc victoriam Israelitae, deflectentes a via campestrium, quae ab Elatha & Ezjongaber, marique rubro recta ad Idumaeam ducit, ad latus orientale, terram Idumaeam circumvenerunt, ita ut extrema hujus Regionis tantum attingerent, gemino exemplo editum bonitatis, quod cognationis respectu ultionem cohiberent, tum prudentiae quod discessum sit sine mutuis injuriis, PHIL. JVD. in Vit. Mos. suaque castra posuerunt in Tsalmone, ubi stationem trigessimam quintam egerunt. Hic ob itineris molestiam; nam animus populi propter viam illam erat imminutus, accedente locorum sterilitate & Mannae fastidio, de Deo & Mose jam decima vice expoſtulare coeperunt. Hanc rebellionem ac improbitatem, quam Paulus contra ipsum Christum factam fuisse asserit 1. Cor. X. 9. justo judicio Deus ita vindicavit, ut serpentes urentes in populum rebellem immitteret, quibus homines mordentibus, multi de Israelitis moriebantur. De quibus ita Moses Num. XXI. 6.

וישלה יחיה בעם את הנחשים השרפים

§. II. נחש proprie serpentem notat ζαον ερπετον animal reptile atque terrestre, communiter venenosum, quod homini maxime infensum habetur. Sunt qui serpentes inter reptilia non referunt, quemadmodum PROCOPIVS ad Gen. cap. I. Serpentum vero genus inter reptilia non ponitur juxta Scripturae consuetudinem, sed bestiis adnumeratur, prudentior enim dicitur omnibus bestiis. Sententiae suae praesidium quaerit in cap. 3. Gen. ubi ψυ 1. serpens dicitur astutior מכל חיה השרה, non vero hoc in loco referri inter reptilia sed inter animalia. Provocat etiam ad locum Act. 18. 4. και οι βαρβαροι ιδοντες κρεμαμενον το θησιον περι της δακτυλου του

## de serpentibus uentibus.

σης του παυλον εχιδνης. ubi similiter serpens bestia five animal vocatur. Quæ tamen Luca locutio synechdochica est, & genus pro specie sumitur, quemadmodum alibi frequenter fieri solet. Possemus quoque, si instituti ratio id permitteret, ostendere θηριον & πτη non solum animal five bestiam in genere, verum etiam in specie serpentem & venenatam bestiam denotare. Sed remittimus Lectorem ad BOCHARTI Hieroz. Lib. III. Part. 2. cap. 2. ubi uberius de vipera Pauli differit. Serpentem esse animal reptile ipsum nomen indicat, cujus naturæ conveniens est serpere, repere propter ventrem quem gerit oblongum. Ita PHILOSOPHVS: *neque duos neque quatuor pedes serpenti sufficere propter enormem corporis longitudinem, neque posse plures habere, quia των εναιμων μηδεν οιον τ' ειναι πλειοσι σημειοις κινεισθαι η τετταρον*, unde concludit necessariam esse in serpente αποδιαν. Consentit THEODORETUS *Quest. 34. in Gen. Ipse quidem serpens nullum inde damnum accepit, cum ita gradi natus sit, hanc enim habet a natura motus speciem, nihil autem naturale molestum esse videtur.* In Proverbijs SALOMONIS legimus *vi- am serpentis in rupe ignotam esse, quia reptando, ac de rupe in rupem transfiliendo gradationis suæ vestigia nulla relinquit.*

§. III. Teste AVICENNA venenum communiter a Philosophis serpentibus tribuitur, qui eos trifariam dividunt, in prima specie veneni vis tam intensa est, ut mors a tempore morsus non differat ultra tres horas, neque ulla sit curatio &c. EPIPHANIVS *Heres. 37. de serpente refert: quod virus deponat, quando siti pressus ad fontem accedit.* Eodem modo ISIDORVS PELUSIOTA *Epist. 175. Lib. II. ad Mt. 10. Hæc autem non eo spectant, ut serpentis naturam venenatam ac percutiendi libidinem imitamur &c.* Notum etiam

iam est LYCANI de serpentibus dictum:

*Morsu vires habent & fatum in dente minantur.*  
 quod & Sacra Scriptura confirmat, quæ aspidi JOB. 20. 16.  
 & viperæ ACT. 28. venenum adscribit. Diximus autem  
 communiter serpentes esse venenatos, nam loca quædam à  
 Scriptoribus Profanis indicantur, quæ serpentes a veneno  
 immunes alunt. Ita duas prope mare Ægeum insulas in-  
 veniri, unam Nansio olim Anaphe, in qua serpentes veneno  
 carent, quemadmodum refert FR. PLACENTIA in *Chorogra-  
 phia Archipelagi* Italice scripta & 1698. edita. SCALIGER  
*Exerc. 193.* perhibet, prope montes Pyrenæos in Bigeroni-  
 bus, ut ille Gallicæ aquinaticæ populus olim vocabatur, ser-  
 pentes innoxios inveniri. Similia referunt PETR. MARTYR  
*Mediolan. Oceanicar. rer. L. I.* de America gemina & EVSE-  
 BIVS NIURENBERG, *Lib. XII. Histor. cap. 7.* Propter vene-  
 num, quo ut plurimum serpentes imbuti sunt, homini ma-  
 xime infensi putantur, qui eos plane abhorret, de quo BAR-  
 CEPHA *de Parad. P. 1. cap. 18.* certe factos a Deo nobis inimi-  
 cos serpentes res ipsa docet, neque enim anguem ullum adspi-  
 cere sustinemus, ut nobis non caveamus ab ipso ceu hoste no-  
 stro, nosque non præparemus ad pugnam, ut illum perima-  
 mus tanquam eum, qui nos ledere cupiat: & ita perpetuum  
 & capitale diffidium inter serpentes & homines.

§. IV. Serpentum variæ ac multæ species a GES-  
 NERO, FRANTZIO, JONSTONO, ULYSSE ALDROVANDO descri-  
 buntur, quibus Itineraria & DAPPERVS addi possunt quas om-  
 nes hic recensere nimis prolixum & a scopo nostro alie-  
 num foret. In Sacris Pandectis duodecim nomina serpen-  
 tum recensentur difficillimæ distinctionis & summæ incerti-  
 tudinis propter Interpretum *διαφωνίαν*. Esaia cap. 42. 14.  
 occurrunt ΝΥΒΝ, BOCHARTO a clamore in partu ita dicta.  
 Psalm.

Pfalm. 91. 13. שחל, רתון, כפיר, רתון, שחל, ברתן. serpentum nomina esse, ex ipsa copula & ex verbis ambulare & calcare super ista, similiter ex locis Job. 4. 10. & 38. 39. Interpretes colligunt. עכשור juxta LXX. 105 ἀσπίδων Pfalm. 140. 4. צמחון Deutr. 8. 15. quod HIERONYMVS per dipsadem vertit, hunc locum ita explicans: & ductor tuus fuit in solitudine magna & terribili, in qua erat serpens flatu adurens & scorpio ac dipsas. Verum in hoc loco צמחון non est dipsas serpens, sed דיפסא, γη διψασα locus fiticulosus, in quo perpetua fitis, hoc colligitur ex Pfalm. 107. 33. ubi dicitur: posuit flumina in desertum & aquarum scatebras לצמחון in locum fiticulosum. Et Esaia 35. 7. erit locus aridus in stagnum וצמחון & locus fiticulosus in fontes aquarum, hinc etiam Moses optimus sui interpres ἐπιερηγητικῶς superaddit verba, in quo non sunt aqua. oonf. BOCHARTI Hieroz. L. III. P. 2. cap. 8. Pfalm. 58. 5. 6. צכע de serpente dicitur, צפע vel צפעני Prov. 23. 32. Ef. 11. 8. de regulo vel basilisco predicatur, quod nomen ex sono sibili fictum videtur. שפפון Gen. 49. 17. שפין Ef. 34. 15. & שרפם quam speciem dissertatio nostra sibi vindicat.

§. V. שרפים הנחשים sunt serpentum species a Saraph urere comburere Levit. 4. 21. Ez. 43. 21. Jer. 21. 10. dicta. Quia hiserpentes urunt atque intensissimum dolorem quemadmodum ab igne ferventissimo in laxis excitant, ut jam observarunt R. SAL. JARCHIVS ad Num. 21. & NICANDER ex illorum morfu conequuntur dolores tanquam incendiis depopulantes & pustulae urentes statim per membra sparguntur. KIMCHI in suo Lexico ideo serpentes seraphim dici affirmat, quod oris balitu urerent. Celeber. VITRINGA in Obiervat. sufficit modo saraph sumatur pro corpore igne pleno, quae ratio fuerit, quod Moles hunc serpentem are expressit.

presserit, quia *æs ita comparatum est, ad corpus totum candens & ignitum figurandum.* Potest etiam vox Saraph exprimere externum colorem fulgidum & ad instar aris vel ignis splendentem, ita ut præter morsus adurentes, quos hi serpentes intulerint, etiam cutim vel corticem fulgentem habuerint, propterea enim serpens a Mose erectus Saraph dicitur, qui præter externam figuram & splendorem nihil cum adurentibus serpentibus commune habuit. Nomen Angelorum Seraphim hinc quoque ortum, qui in igneis corporibus, iisque adeo summa claritate splendentibus apparere solebant *Es. 6.* KIMCHI eos ideo vocat שרפים סלמתיים qui instar ignis celeres & splendentes seu lucidi. LXX. Seraphim Angelos *εμψρηστας* incendentes, comburentes interpretantur, ardent enim amore & zelo gloriae Dei ac desiderio exequendi iudicia Dei adversus peccatores, unde etiam hoc nomen nullo alio in loco Angelis tribuitur quam *Es. 6. 6.* ubi agitur de purgandis labiis *Esaia* denuo mittendi ad prædicandum Domini verbum, & de exequendis Dei iudiciis adversus Judæos impoenitentes. Hebraico Saraph convenit Græcum *πρηση* a *πρηθω*, quod inflammare, incendere, urere significat. Nam Prester secundum *DIOSCORIDEM Lib. VII. cap. 14.* inextinctæ sitis ardorem suo morfu infert. LXX. serpentes seraphim vertunt τὰς ὄφεις τὰς θανατῶντας. Verum hæc quæ indicavimus variis serpentum speciebus communia sunt. Nobis itaque incumbit inquirere, quæ in primis species serpentum, nomine שרפים סלמתיים insigniri queat, eo facilius a nobis determinanda, ubi quorundam opiniones de serpentibus igneis præmiserimus.

ADRIAN. §. VI. Ex Judæis quidam, quos *LORINVS & VOSSIVS de Orig. & Prog. idololat.* sequuntur, serpentes seraphim qui Israelitas in deserto vexarunt, non naturales sed malos angelos

angelos fuisse arbitrantur, per quos Deus iratus se vindicare voluit, & serpentes ideo appellari dictione figurata seu metaphorica, propter convenientiam & analogiam attributorum, quæ inter malos angelos & id genus bestiarum intercedit. Verum quidem est, diabolus in Sacra Scriptura metaphorice vocari serpentem antiquum Apoc. 12. & 20. & נחש בריוח Job. 26. 13. appellatur Anti-Christus & falsus ille Propheta Jes. 27. 1. נחש עקלתון. Nullibi tamen angeli mali serpentes seraphim dicuntur.

§. VII. FORTVN. LICETVS *Lib. III. de Spont. Vir. Ortu* & BARTHOLINVS *cap. VI. de morbis biblicis*, curiosam magis quam probabilem de hisce serpentibus fœvent sententiam, quos dracunculos in Israelitarum corpore enatos fuisse existimant. Clarissimi nostri seculi Medici comperitum quidem habent, esse morbum quo laborantibus in externa cute ac juncturis dracunculi enascantur, qui mordendo & exurendo intensissimos dolores & cruciatus conciliant, nec non inflammationes cum pustulis producunt. In hisce observarunt pedes & caudam, quali scorpius instructus est, nec non acutissimos dentes, quibus homines adurere & inflammationem cum pustulis excitare queunt, toto tamen cœlo a serpentibus seraphim differunt, quorum figuram, excepta magnitudine, accuratissime serpens aneus exhibuit. Nec de hisce dracunculis unquam traditum legitur, eos veneno peditos præsentissimum mortis periculum comminari. Et ita patet sententiam FORTVN. LICETI quam forte ex PLUTARCH. *L. VIII. Sympth. qu. 9.* hausit, analogiæ historiæ Mos. repugnare.

§. VIII. Sunt alii, qui putant hos serpentes quidem naturales, sed tamen Angelorum ministerio excitatos fuisse, aliis placet Deum immediate hos serpentes seraphim creasse

creasse eum in finem, ut propter murmurationem poenam ab Israelitis fumeret.

§. IX. Incomparabilis BOCHARTVS Saraph existimat esse hydram vel chersydium, qui parum inter se differrent, secundum ÆTIVM *Lib. 13. cap. 35. Serpens hic Chersydri adpellationem inde habet, quod in principio quidem in aquosis degit locis, & hydrus adpellatur ab ipsis aquis, hoc est natrix, postea vero siccis incolit locos, chersydri, id est natricis terrestres sive hydri εν χερσω degentis nomen invenit, qui infestante siti in calidis regionibus virus acrius & ardentius admittit. Sententiæ huic non obstare BOCHARTVS dicit, quod Israelitæ eo in loco versati sint, ubi aqua deficeret, licet enim dulces & potulentæ desiderarentur aquæ, palustres tamen & lacunas hinc inde extitisse commodum hydrorum receptaculum, iis vero astu exsiccatis, chersydri ex hydriis provenerint. Probare etiam multis Bochartus conatur hos Chersydros ex Arabia quotannis in Ægyptum instar avium volare & esse ex specie טר שרץ פועף cui secundum vim vocis פועף, volatus esset proprius & naturalis, producit etiam nubem restium, Lucilium, Solinum, Ammianum, Melam, Scaligerum & alios, qui uno ore omnes confirmant, alatos serpentes in rerum natura existere. Hæc Mœbium commoverunt, qui in peculiari aliqua Exercitatione serpentem ancum nobis sub nova forma nempe cum alis exhibuit. Cum tamen probabilius sit, seraphim nec chersydros fuisse, nec alas habuisse.*

§. X. Per serpentes seraphim in nostro loco a Mose indigitantur serpentes naturales, ita enim textus habet  
 וישלח יי אה-הנהשם השרפים  
 eos immisit Deus in populum, non delevit Israellem per Angelum, quo exercitus Senacheribi Assyriæ Regis prostratus fuit, neque Angelorum ministerio

nisterio pestilentiam immisit, quemadmodum 2. Sam. 24. legimus, sed immisit הַשֵּׂרִפִּים הַנִּחְשִׁים cum præfixo הַ emphatico, quo denotantur serpentes in vulgus noti & naturales, quorum similitudinem gessit serpens æneus, serpentis naturalis ignei vera imago. Hinc R. Moses Gerundensis: *Mose non vidit, quomodo satisfacere posset præcepto illi de serpente ignito, nisi serpentem æneum constaret, talis enim similis est serpenti ignito, si ex alia materia confecisset eum, fuisset figura serpentis tantum in genere, non igniti.* Non nemo ex Plutarcho & Agatarchide probat, serpentes seraphim, quibus Deus Judæos punivit, in consinibus Edom Bthnicis non fuisse incognitos. Plenius vero R. BECHAI: *Serpentes, per quos puniti fuerunt (sc. Israelitæ), fuerunt illi ipsi, qui aliàs in deserto jam erant diversarum specierum, ut scribitur Deut. 8. 15. Et duxit te per desertum illud maximum & formidabile abundans serpentibus ignitis seu adurentibus.* &c. Conf. BUXTORE, & SAUBERTVS de serp. æneo. Naturales fuerunt serpentes, quos Arabia, Lybia & Ægyptus alunt, in quibus regionibus reperiuntur, juxta Herodotum, Melam, Lucanum, Solinum, Ammianum, Ælianum & reliq. Consentiant Rabbini, qui miraculum in eo admittunt, quod cum desertum illud, serpentibus abundaret, illi tamen hæcenus Israelitis nocere non potuerint, Deo eos cohibente vel occidente. BUXTORE, fil. in Histor. Serp. ænei.

§. XI. Paulo accuratius ubi serpentes seraphim contemplamur, magis nobis consentaneum videtur eos valde exigua & parva animalia fuisse, quæ in arena, pulvere terræ ingravescente æstu delituerunt, & clam atque ex improviso Israelitas læserunt. Tali serpenti delitescenti per insidias in viis, comparatur Dan Gen. 49. TERTVLLIANVS ad-

vers. *Valentinian. Libro*, talem serpentem dicit lucifugam

B

bestiam.

bestiam. Et PLINIUS tradit *Lib. VIII. Hist. Nat. cap. 59.* jam quædam animalia indigenis innoxia advenas interimunt, sicut serpentes parvæ in Tyrinthe, quas terra nasci proditur. Et ÆLIANUS: *Dipsas inferior quidem magnitudine est vipera, sed tamen in occidendo superior & celerior.* CARDANUS certæ speciei serpentum tribuit, corpus exiguum & breve, quæ per arenam incedere soleret. ISIDORUS PELVUS. dipsadem tantæ exiguitatis esse adfirmat, ut non videatur, dum calcatur. HIERONYMUS propterea existimavit, Israelitas a Dipsadibus percussos & interemptos fuisse. Ex natura locorum deserti, exiguos illos fuisse serpentes, probabile videtur, continet enim Arabia deserta, multa arenosa loca in quibus palustres seu lacunæ, pluvia ortæ, non fuerunt, nam Moses Deut. 8. 15. expresse innuit, nullam plane aquam nempe in illo loco deserti fuisse, in quo etiam omnes Auctores conveniunt, qui in hoc tractu desertæ Arabiæ, quemadmodum in Ægypto, pluviam deficere memorant: ut ita probabile sit in arena serpentes seraphim delituisse, in arena autem non hydræ nec cherfydri nascuntur, sed in aquis & præsertim in mari, teste FRANTZIO *in Histor. Animal. P. IV. cap. 1.* Propter exiguitatem etiam serpentes seraphim eo facilius in arena delitescere, & Israelitas clam atque ex improvise ledere potuerunt, juxta Sap. cap. 16. vers. 5. *ἐπιλαθε θηριων θυμος*, supervenit tanquam ex improvise serpentum venenum.

§. XII. Horum serpentum seraphim venenum fuit velocissimum, præsentissimum, nam Israelitis mortem certissimam intulit. Hocce suum virus in capite gesserunt, & morsu, lingua & halitu illud communicarunt. Sunt serpentibus dentes ferrati tenui fistula perforati, & in illa vicinia parva pellicula deprehenditur, quæ aliqua ex parte operit

operit dentes, in parvis illis cavernulis sub dentibus & in parva illa pellicula habent venenum, quod irritati in vulnus infundunt. FRANTZII *Histor. animal.* Distinctius de his JONSTONVS, qui duplex in serpentibus dentium genus observat, unum quo se tuentur, alterum quo ad mandendum utuntur, sunt vero eorum dentium duæ series & ad instar feræ versus gulam respiciunt, nec omnes in oculos incurrunt, conf. ALDROVANDVS, ut propterea vestigia morsuum, quos dentibus infligunt, tam parum appareant, ut vix acerrimo visu præditi indicia aliqua occurrant, & per foramen illud parvulum transmittunt venenum acutissimum, quod mirabili celeritate sub cute ad intima membra delabatur. Hisce dentibus suis mortaliter lædunt, ita FR. REDI in *Observat. circa animal. viv. per dentes serpentis in carne cujusvis corporis impressos vulnerationem venenatam excitari.* Acta Erudit. An. 1696. Mens. Jan. p. 48. Deut. 32. 33. venenum aspidum dicitur sævum, juxta LXX. και θυπος ασπίδων ανατος, insanabile. ÆLIANVS solum aspidis morsum immedicabilem dicit. Consentiant Plinius, Galenus, Dioscorides. Et hoc applicat R. Salomo Jarchius serpentibus seraphim, ubi in hunc locum commentatur, per Seraphim intelliguntur serpentes, qui urunt hominem veneno dentium suorum. vid. SAYBERT. de Serp. an. Et GREGOR. NYSSENVVS in *Vit. Mos.* Quamobrem serpentes venenosis moribus divinitus iis immitti. conf. Act. 28, 4. Non vero morfu solum, verum etiam lingua serpentes lædunt, quæ ipsis valde tenuis & longa, quæ plurimum potest protendi, vibratur tenuissimis quasi discreta quibusdam capillamentis, unde bifida esse putatur FRANTZII *Histor. Animal. Part. IV. cap. I.* hac, facili negotio, ictum inferre possunt, quia in extremitate instar teli acutissima est, hinc etiam apud varios Auctores serpens pro telo

B 2

adhibe-

adhibetur, CANTERVS *Novar. Lect. Lib. I.* Huc etiam David respicit Pf. 140. 3. *acuerunt linguas suas sicut serpentes*, Pharisei propterea dicuntur viperarum progenies Matth. 3. *Lingua serpentum venenata est*. Hinc JOSEPHVS: *Deus lingue serpentis in pœnam, quod primum hominem seduxit, venenum indidit*. Job. 20. 16. Serpentes etiam halitu suo homines interficere possunt, quo livorem dentes ambientem pestilentissimum communicant. De his SCALIGER. *Exercit. 183. Est mons, qui Narsingæ Regnum dividit a Malabris, qui multas alit feras & inter eas angues alatos arboribus insidentes, quos incolæ dicerent solo afflatu eos, qui propius accederent, interficere*. Et FRANTZIUS *in Histor. Anim. ab exspuendo serpentum species dicitur Piyas, quia salivam venenosam habet & callide tanto intervallo accedit ad animal quantum putat sufficere, ut suam salivam infundere possit*. ÆLIANVS *Hist. L. 8. cap. 13. In Corcyra hydræ procreantur, quæ ad insequentes conversæ & gravem spiritum anhelantes, eorum impetum a se avertunt*. In Porta Cœli legitur: *Sunt quædam animalia ex quorum ore exit multum virus & malus gravisque odor ut lupus & saraph volans*. Et R. D. KIMCHI *in libro Schorajchim: Serpentes Seraphim ita vocantur, quia urunt halitu oris sui*. MÜNSTERVS *in Diction. de Saraph inquit: Regulus est serpens pessimus, qui flatu urit*. Et ita patet, serpentes seraphim morfu, lingua & halitu Israelitas perdidisse. Læsi autem a seraphim, secundum communem sententiam inexplabilem fitim experti sunt, ut ob hanc etiam rationem serpens saraph igneus sive adurens dici queat, quia sanguinem hominis accendit & consumit, ut inexplabilis fitis ictum sequatur.

. XIII. Propter corporis exiguitatem & agilitatem serpentibus seraphim velocissimum tribuimus motum quem-

quemadmodum de viperis observatur, quæ per saltum in homines irruunt; quam ob causam apud Esaiam 14. 29. seraph  $\text{סֵרָפִים}$  volans dicitur, non quod volatus ipsi sit proprius, sed quod celerrimo motu superveniat: in quo sensu seraphim Es. 6. advolare dicitur. Ps. 18. *& insidens cherubinis volat volitatque super alas venti.* Ps. 90. 10. *quo festine exciso avolamus.* Jes. 60. 8. nubes dicuntur volare. Zacharias Propheta cap. 5. vidit volumen volare, & Es. 11. 14. *sed involent in Philistæorum humerum ad occidentem* &c. quæ loca indicant  $\text{פָּעַף}$  non semper de volatu adhiberi, & alas in istis rebus, de quibus prædicatur, supponere aut necessario involvere Nobiscum facit R. D. KIMCHI, quando dicit in *Parte 2. Michlol*, in loco Jes. 14. 29. intelligi *proximum eorum sc. serpentum saltum, volatui similem.* Et quid impedit?  $\text{שֵׁרָפִים}$  exponere serpentem vibrantem, ita enim Ezech. 32. 10 occurrit: *faciamque ut obstupescant de te populi multi & Reges eorum horrescant propter te, horrore, בעופפי הרבי quum vibrabo gladium meum.* Est enim serpentibus vibrare proprium, ratione linguæ, quam tanta celeritate movent, ut triplicem linguam habere videantur. ISIDORVS PELVS. & SILIVS *Lib. IV. vers. 222.*

*trifido vibrata per auras*

*Lingua micat motu, atque assultans æthera lambit.*

VIRGILIVS 2. *Æn. vers. 211.*

*Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

SALMASIVS de serpentibus adfirmat: tam tremulo motu eos linguam crispare, ut non una sed gemina videatur. Hinc etiam PLAVTVS & alii serpentes bilingues esse statuunt propter linguæ vibrationem. Ex quibus clarum ac manifestum est, serpentibus seraphim non propterea alas esse tribuendas, quia  $\text{פָּעַף}$  de iis prædicatur. Accedit HERODOTVM *L. III.*

B 3

Angues

Angues alatos, qui ex Lybia & Arabia in Ægyptum volant, ab hydris ut speciem a specie distinguere.

§. XIV. Externum serpentum seraphim colorem quod spectat, corticem habuerunt fulgidum instar æris. Nam dicitur in textu *לִּי הָאֵשׁ* fac tibi adurentem sc. serpentem, sensus est, fac similitudinem unius de serpentibus adurentibus, & nativum colorem exhibe. Ita VATABLVS *in h. l. LORINVS in Sap.*, ABARBANEL *in Legem* habet: Moses æneum fecit serpentem illum, quod urentes serpentes illi rubicundi essent ad instar æris, ut igitur hujus serpentis figura vivum talem serpentem representaret, fecit eum ex ære. Similiter Celeber. VITRINGA pater *Observ. p. 421.* JONSTONVS *in Histor. Nat.* viperis subflavum adscribit colorem. CARDANVS eas rubicundas asserit. Nobis placent, quæ PORTA habet *Phytog. Lib. IV. cap. 28.* Colorem pro ratione soli differre, ut quædam viperæ sint virides, aliæ rufæ, quo itaque calidioribus & arenosis in locis degunt, eo majorem præ se ferunt rubedinem. Ut proinde seraphim ab arena rufa, quæ in Arabia deserta frequentissima, colorem etiam rubicundiorum præ se tulerint, qualem æs exprimit.

§. XV. Hæc quæ serpentibus seraphim, secundum analogiam historiæ Mos. & plurimorum Autorum consensum vindicavimus attributa, nulli serpentum generi magis conveniunt quam viperis, quæ cum in varias iterum species pro soli ac climatis diversitate abeant, difficile est accurate determinare, quam viperarum speciem seraphim constituent. Sufficit nobis indicasse, seraphim esse viperarum speciem.

§. XVI. Placuit Deo præ aliis animantibus serpentes illos adurentes adhibere, ut Israelitas graviter puniret. Est enim serpens maledictus præ omni bestia agri, quem homines

mines ideo maxime fugiunt, quia fuit organum Satanae ad machinandum homini exitium. Exod. 4. 3. Cum etiam Israelitae sine ratione de aquae & panis penuria, & quod siti in deserto essent extinguendi, conquererentur, æquum sane fuit, ut per serpentes urentes, veram sitim in iis excitantes & accedentes, vexarentur. Serpentes quoque sunt communiter instrumenta, quibus Deus utitur ad exequenda iudicia adversus peccatores Deurr. 32. 24. 1. Cor. 9. 10. Ita etiam convenienter Deus in puniendis Israelitis eos adhibuit, quibus desertum refertum fuit, & a quibus paterna cura Israelitae hactenus custoditi fuerunt. Dignissimum & aptissimum hoc supplicium contra murmurantes & calumniatores fuit, qui linguis suis venenatis adversus Deum & Moysen insurrexerant, serpentumque virulentiam induerant, hi merito per serpentes puniuntur. Egregie AMBROSIVS in hanc rem? *Iusta erat vindicta, ut adversarii venena sentirent, qui non venerabantur Autorem.* Judaei easdem fere rationes in medium proferunt: R. BECHAI *Quicumque ejaculatur verba in Deum: punitur morsu serpentis.* Et ABARBANEL; *quia murmurant ob penuriam panis & aquae, sed sine causa, locuti sunt contra Deum & Moysen, ex sola malitia animae suae contemnentes cibum omnium præstantissimum Manna, & sic lingua mala h. e. calumnia & obtreptione peccaverunt, ideo æquales hac in parte facti sunt serpenti, qui nocet & ledit ob solam malitiam naturae suae.* -- *Quia itaque Israelitae lingua sua mala imitati sunt serpentes, immisit in eos serpentes urentes, qui ore suo eos momorderunt, sicut ipsi momorderunt lingua sua.*

§. XVII. Quae Israelitis a serpentibus contigerunt mala, praefigurarunt ea, quae Ecclesiae Christi ultimis temporibus expectanda sunt. Doctores nostri conveniunt, in serpentibus

pentibus adurentibus allegoriam esse quarendam, ita enim eorum morsus per ignita tela Satanae & pravas suggestiones interpretantur. Es. 6. 16. GREGOR. NYSSENVS in *Vit. Mos.* docet, quicquid ex prava cupiditate nascitur, serpens est, peccatum est serpens & qui ad peccatum transfugit, serpentinam induit naturam. CLEMENS ALEXANDR. in *Admonit. ad Gentes*, Serpens allegorice dicitur voluptas. AVGVSTINVS in *Joh.* 3. ubi quærit, quid sunt serpentes mordentes? respondet, peccata de mortalitate carnis. Apostolus Paulus 1. Cor. X. 11. typum clarissimis verbis admittit, quando dicit: *Hæc vero omnia Israelitis typice evenerunt, scripta enim sunt ad nostri admonitionem, in quos fines seculorum devenerunt.* Ut vero typum recte eruamus, prælibamus, populum Judaicum consentientibus omnibus, typum fuisse Ecclesiae catholicae N. T. fundatae opera XII. Apostolorum agni, eadem fere ratione, qua Ecclesia Judaica vetus originem traxit ex XII. Patriarchis. Desertum vero est emblemata vel vasti alicujus Imperii, quod nomine Babelis secundum Coccejum venit, vel sumitur etiam desertum pro magnis calamitatibus Hof. 2. ubi disponere aliquem velut in deserto, & in desertum deducere significat magnas calamitates immittere & gravissimis pœnis aliquem afficere. Nobis placeat desertum esse typum totius mundi, in quo Christi Ecclesia variis calamitatibus exposita militat. Non enim Ecclesia Christi in uno aliquo Imperio etiam vastissimo conclusa admittitur. Hunc mundum, ubi Ecclesia derelinquit & ad Christum adspirat, dicitur ascendere ex deserto. *Quenam est illa, quæ ascendit ex deserto* Cantic. 3. 6. Varias mansiones populi Judaici præfigurarunt varia Ecclesiae Christi fata, & diversum Ecclesiae statum. Ultima mansiones sunt typus eorum, quæ haud longe ante consummationem seculorum

lorum, Ecclesiæ evenire debent. Rex Harad, Chanaanus, ille, qui australem partem Canaanis terræ tenuit, figuram exhibet filii perditionis cujus potestas Reformationis tempore valde imminuta, quemadmodum Israelitæ devicerunt Haradum, & suas occuparunt civitates, penitus autem devictus & omni Imperio ac potestate exutus a Josua cap. 12. legitur. Post hanc victoriam a Chanaanæo reportatam Israelitæ a serpentibus adurentibus infestantur. Est vero serpens figura personæ nocentissima & perniciosissima, quod Græcum adagium ita exprimit ο οφιν θαλασσις και σε οφισ. Clytemnestra apud ÆSCHYLV M de Oreste filio, cum ab eo interficienda esset, dixit: τον δε οφιν εθρεψαμεν hunc serpentem alui. In Sacra Scriptura falsi Doctores, quemadmodum Pharisæi & Sadducei, progenies viperarum a Johanne appellantur, & Christus eos similiter ita increpat Matth. 12. & 23. *Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugere possitis condemnationem Gehennæ.* Commode igitur serpentes adurentes typus sunt hæreticorum, qui Ecclesiam Christi vexant, turbant, & a Christo seducere falsa sua doctrina conantur. Ita CLEMENS ALEXANDR. *Strom. L. III.* ne sicut serpens decipit Evam, quæ vita dicitur, nos quoque inducti a callidis hæresium illecebris transgrediamur mandata. Et Luc. X. 19. ubi Christus dicit: ecce do vobis potestatem calcandi serpentes, quod etiam intelligendum de potestate Apostolis concessa, convincendi & confutandi Pseudopphetas & hæreticos. Adurentes autem & præsentissimo induti veneno serpentes, gravitatem hæreseos indicant, quæ a via salutis hominem plane abducit, & morti spirituali ita exponit, ut omni spæ salutis excidat, nisi ad Christum, unicam salutis nostræ causam, sese iterum convertat. Hisce præmissis serpentes adurentes præfigurare potuerunt Naturalistas, qui

C

Reli-

Religionem naturalem solam Statuunt necessariam, & propterea Revelatam vel plane rejiciunt, vel saltem non necessariam agnoscunt. Hæc ingenia, quæ sibi videntur heroica, caput suum nostris temporibus maxime extollunt, & in tanta Evangelii claritate, astuta & venenata lingua clam homines circumveniunt, atque doctrina sua, quæ se facile insinuat, ita hominem corruptum afficiunt, ut venenum, quod sine sensu admisit, non prius perferat, quam præsentissimo mortis spiritualis periculo expositus. Naturalistæ enim instar serpentum adurentium, negotium salutis & gratiæ rejicientes, naturalibus nutriuntur. In arena cum serpentibus reptant, doctrina eorum super arena fundata; clam & ex improviso cum serpentibus nocent. Fulgent tamen non quidem instar solis vel auri, sed quemadmodum æs, ita argumentis suis externum colorem induere & conciliare possunt, qui tamen cum Sole Justitiæ & Religione Salvifica consistere nequit. Hanc rubedinem & splendorem serpentes adurentes habuerunt ab rubicanda illa arena, in qua delitescabant. Ita Naturalistarum Religio, lumen quidem spargit, sed debile, infirmum, mundanum, quod non hominem ad Deum ducit, sed instar ignis fatui a Deo abducit. In ea qui salutem quarunt, conscientiæ morfu vexantur, tranquillitatem nullibi invenire possunt, sed misere perire debent, nisi oculos in Christum salutis nostræ causam unicum convertunt. Non a serpentibus læsi fuerunt, nisi qui Manna fastidiebant, ita etiam Naturalistæ eos lædunt, quos vel peccatorum gravitas a Christo deducit, vel qui nimiam libertatem affectant, qui jugi Christi sunt pertasi, vel etiam qui non sufficienter in Religione salutari instituti, gressus Dei in suo sanctuario non agnoscunt, sed destituti aquis vividis perpetua siti premuntur. In specie etiam serpentes adurentes denotant

Socini-

Socinianos, qui non multum ab Naturalistis differunt, Hi sub prætextu nominis Christiani, Religionis salvificæ doctrinam evertunt, rationem vero ita extollunt, ut ad salutem sufficere, nec Deum quicquam supra eam revelare posse, summa cum temeritate statuunt. De his Theologus quidam ita scribit: Socinianismus est veri & triunius Dei, Deitatis & incarnationis Christi abnegatio, mysterii pietatis emasculatio & stuprum, omnium Hæresium veterum & recentium confluentia, Religio ad omnium ingenia accommodata, cui omnes nomen dare possunt. Socinianorum doctrina statim post Reformationem vires accepit, quemadmodum serpentes mox post victoriam a Chanaanæ reportatam Israelitas infestarunt. Extiterunt serpentes in confiniis Edom fratris Jacobi, & ab Israelitis non nisi accepto vulnere & morfu observati fuerunt. Eodem modo Sociniani sub prætextu Religionis Christianæ fratres non tantum volunt esse, sed etiam ab veris fidelibus non facile nec prius cognoscuntur, quam virus suum communicant. Quibus ea omnia etiam applicari possunt, quæ de Naturalistis diximus, prolixioris vero comparationem instituere non necessum ducimus, sufficit nobis quædam attributa illius subjecti, quod ad aliud tanquam ad antitypum suum referatur, in antitypo demonstrasse.



COROL-



## COROLLARIA.

I.

**Q**uando Num. XX. vs. 21. Judic. XI. vs. 17. Edomites dicuntur Israelitis transitum per mediam suam Regionem denegasse, ea non contradicunt iis, que Deutr. II. vs. 26, 27 & 29. leguntur.

II.

Mons Hor in cujus summitate Aaron defunctus Num. 20. 28. si in tractu Moserab constituitur, locus Deutr. X. 6. nulla difficultate premitur.


III.

Serpente aeneo pertica imposito, Moses non in cantavie serpentes urentes, neque arte magica eorum venenum extinxit & morsum levavit, quemadmodum non nemo satis temere admittit.



Index


- 1.) Jo. Henr. Lidenfröck (P. C. B. Michaelis) de Nominibus, Numeris, Divisione & Ordine Librorum S. Vet. Test.
- 2.) Jo. Frid. Gottl. Examen novae Whistonii hypothesis de Codice Ebr. ex Josepho emendanda.
- 3.) Christoph. Aug. Bodii Interpretatio Commentis 1. ex Cap. 1. Genes.
- 4.) Frid. Theod. Mülleri (P. S. C. Kocheri) Arbor cognitionis boni & mali cum Arbore Vita collata.
- 5.) Christ. Ludov. Obbari Iniquitatem lapsus Adamitici & Protoplasti non per. Edeodogonkias lapsu.
- 6.) Paul. Christoph. Fritzsche (P. S. J. G. Boffech) de sacrificiis Caini & Abelis ויחי ויפד ובלתי.
- 7.) Jo. Meisnerus de Confusione linguarum Babylonica.
- 8.) Christ. Godst. Grubenerus (P. S. H. H. Langen) de ויחי ויפד ובלתי ad Gen. XI. 6. 7.
- 9.) Beruh. Sandyl (P. S. H. t. Ammendorff) de Malchij Seco.
- 10.) Sod. Guil. Regenfus (P. S. J. N. Nageli) de Culpa uxoris Loti. Gen. XIX. 26.
- 11.) Christoph. Walle de Singulari Facto ac Fato uxoris Loti Gen. XIX. 26.
- 12.) Eman. Cier (P. S. Rod. Rodolphi) de Benedictione Suda, Gen. XLIX. 8-12.
- 13.) Jo. Aug. Fabricius (P. S. H. de Balthasar) de Vaticinio Jacobi. Gen. XLIX. 10.
- 14.) Jo. Sal. Semlerus de Patriarcharum ad in Palaestina sepelirentur desideris.
- 15.) Jo. Sam. Pelt de gloria Dei in promulgatione legis inaitica a blasphemis querenda vana Rel. Hesperum columnis vni. (sicata.)
- 16.) Jo. Gottl. Sachmann (P. S. C. Hebenstreit) de Sabbatho ante regem Moysaicaem existentem.
- 17.) Sebaldus Navius de his que ex Arabia in usum Tabernaculi fuerunt petita cum Profatione  
to. Hault. Schroekt. de Veris rationibus Aude linguarum Orientalium.
- 18.) Jonath. Hellerus (P. S. J. S. Renz) de Sudaorum veterum Saltationibus Religiosis ad Lev. XXII. 22 & XXXII. 6. 19.
- 19.) Christ. Era. Schmidtus (P. S. C. Hebenstreit) de sacrificiis a perfuro offerendo. Lev. V. 20-26.
- 20.) Luc. Ode de Anno Hebraeorum Jubilao.
- 21.) Jo. Gab. Michaelis bonum sp. Gnsalzu Mosi, eadisa die spjraspan in die usq. Gmündspast unbesagen.
- 22.) J. Tiliemann dictus Schenck de serpentes venentibus.
- 23.) Phil. Jac. Ammendorffius de libro Bellosum Domini.
- 24.) Paul. Theod. Carpovii Illustratio variorum S. S. locorum ex Leye. Neindulto Ver. Dnt. XLII. 5. Diss. Prior
- 25.) Diss. Secunda.
- 26.) Jo. Gidon. Vallerus (P. S. C. Hebenstreit) de Quila Natu ex Suis Lib. imprimi, Dnt. XXXII. 11. Pzck. XVII. 3. P. III. 5, & his vicissim ex Historia Natu & Monumentis Nisum illustratis.
- 27.) Christ. Gottl. Hoffmannus (P. S. J. N. Nageli) de Sudo Mosi.















de serpentibus urentibus.

ia evenire debent. Rex Harad, Chanaanus, alem partem Canaanis terrae tenuit, figuram perditionis cujus potestas Reformationis imminuta, quemadmodum Israelita devicta, & suas occuparunt civitates, penitus autem anni Imperio ac potestate exutus a Josua cap. Post hanc victoriam a Chanaanæ reportatam pentibus adurentibus infestantur. Est vero personæ nocentissima & perniciosissima, quod ium ita exprimit ο οφιν θαλασσις και σε οφης, apud ÆSCHYLVM de Oreste filio, cum ab eo in- et, dixit: τον δε οφιν εθρεψαμεν hunc serpentem Scriptura falsi Doctores, quemadmodum Phas- caei, progenies viperarum a Johanne appellan- tus eos similiter ita increpat Matth 12. & 23. *genies viperarum, quomodo effugere possitis con- Gehennæ.* Commode igitur serpentes adu- unt hæreticorum, qui Ecclesiam Christi vexant, Christo seducere falsa sua doctrina conantur. ALEXANDR. Strom. L. III. ne sicut serpens de- qua vita dicitur, nos quoque inducti a callidis cebris transgrediamur mandata. Et Luc. X. tus dicit: ecce do vobis potestatem calcandi od etiam intelligendum de potestate Apostolis vincendi & confutandi Pseudopphetas & hæ- urentes autem & præsentissimo induti veneno avitatem harescos indicant, qua a via salutis ne abducit, & morti spirituali ita exponit, ut itis excidat, nisi ad Christum, unicum salutis n, sese iterum convertat. Hisce præmissis ser- ntes præfigurare potuerunt Naturalistas, qui

C

Reli-

